



194  
INEXPECTATVM FATVM

CVI

VIR

PRAENOBILISSIMVS AMPLISSIMVS

DOCTISSIMVSQVE

M. IOANNES  
GEORGIUS  
SCHVLZIVS

SCHOLAE CATHEDRALIS QVAE NVMBVRGI

FLORET

R E C T O R

HVC DVM

FIDELISSIMVS

IPSIS CALENDIS MENSIS OCTOBRIS

ANNI MDCCXXXI

CONCESSIT

PIETATEM IN PRAECEPTOREM

TESTIFICATVRI

ORDINI PRIMO ADSRIPTI.

---

NVMBVRGI,

LITTERIS BALTHASAR. BOSSOEGELII.





Hor. L. II. Ep. I.

*Extinctus amabitur idem.*



ari sodales, currite, currite,  
Haurit supremos vix modo spiritus,  
Vnius horae qui momento  
Integer ante fuit repertus.

Sic voce magna nuncius excitat  
Cunctos alumnos: percipit haecine  
Non admodum miranda quisque  
Ceum solet, haud nimio laborans.

Hinc rursus infit: SCHVLZIVS aeger est;  
(Nam prima dicens nomen omiserat:)  
Tunc urget idem motus omnes;  
Quisque virum properat videre.

Non sic parentem suaui pignora  
Cingunt, gerentem mortis imaginem,  
Ut nos magistrum perfidelem  
Clausimus agmine, moesta turba.  
Torporis atri pristina semina  
Artus potenti verberere reppetunt,  
Pallore buxum nunc adaequat  
Vultus, et ora carent loquela.



Somnus profundus membra subit, necis  
Mox subsequens nuncius et comes,  
Arctos meatus aura linquit,  
Purpureusque liquor rigescit.

Sic per soporem tempore perbreui  
Vitam migravit SCHVLZIVS optimus,  
Nunc flere fas est, nos alumnos  
Tale caput cito perdidisse.

Hoc non stupemus, quod Tibi frigida  
Mors, DIVE SCHVLZI, tam celeri pede  
Obreperit, non nescientes,  
Hoc aliis quoque contigisse.

Sed hoc notatu dignius est, Tuo  
Ductu fruentes saepe quod in Tuis  
Audivimus votis habentem,  
Vt mori cito et beate.

Concessit illud propitius Deus,  
Cum nil amicus deneget alteri:  
Coelo receptus nunc triumphas  
Angelicosque choros frequentas.

Perfunctus es Tu munere tradito  
Cum laude summa, non metui minus  
Volens ab illis, quos regebas,  
Quam velut ipse parens amari.

Tu nos docebas cuncta fideliter,  
Nobis praeibas perfacilem viam,  
Quae ducit ad linguas colendas,  
Ac adytum referat sacratum.




Ardore summo Tu studium sacrum,  
Et dicta, nobis quae sacra pagina  
Iniungit, vrgebas tenenda,  
Moribus atque probanda rectis.

Implere partes cuique suas bene  
Eras et auctor, praevius ipseque,  
Templi scholaeque vt saepe trita  
Limina sponte loquuntur ipsa.

Semper vigebit gloria nominis,  
**SHVLZI BEATE**, et dexteritas Tua,  
Quam iam diu perspeeximus,  
Fixa animis remanet tuorum.

Iam terra glumam corporis in suo  
Sinu coerces, donec ad vltima  
Tubae sonantis signa, corpus  
Pulchrius et melius refurget.



78 M 496

ULB Halle 3  
001 618 148



TA-506

KONP

017









INEXPECTATVM FATVM

CVI

VIR

PRAENOBILISSIMVS AMPLISSIMVS

DOCTISSIMVSQVE

M. IOANNES

GEORGIVS

SCHOLAE CAESARIS

SCHOLAE CAESARIS NVMBERGI

RECTOR

IPSI CAESARIS

PIETATI CAESARIS

ORDINIS CAESARIS

LITTE

